170

Illustrissime Domine.

(480)

Sequuntur conatus tui Naturam ducem. Rivulus hic est de præclaræ eruditionis tuæ nobilissimo fonte. Is postquam se Oceano Orbis Literati immiscuit, redit ecce ~~eo~~ eo unde egressus est, denuò unde mox rediverit refundendus; etiam aliquanto limpidior. quam ut sibi laudem Typi nostri adscribant, patieris tu quidem non illibenter, quando in hoc ipso aures ~~[illegible]~~ opusculo tam benigne eorum dignatus es meminisse, ut ipsi Lugduno Batavæ aliquid ab iis decoris accedere, non dubitaveris asserere.

A Monsieur de la Vieuville Evesque de Rennes. Fil. 1.7.8 Par. 9 May 63.

(481)

Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι καὶ φιλόξενον. C'est a dire, quand un Evesque promet de faire manger du Post a ses amis, il faut qu'il tienne sa parole, si ce n'est, qu'il soutienne fidem hæreticis non esse servandam.

Briennæ Comiti

Illustrissimo Briennæ Comiti
Regi Christianissimo, a Consiliis
Actis et Epistolis
Autor S.

(482)

Quasi hoc parum sit Vir Illustrissime, quod hoc semestri spatio et quod excurrit totum te, totam Aulam, totam pene Lutetiam vexavi pejus quam

ranci Theseide Codri.

et ut apud tuos amores est, sæpius poeticè quam humanè locutus sum, etiam quos pugillatim vobis versiculos obstrusi, quasi dicas vitrea fracta et somniorum interpretamenta, venæ nimirum luculentæ subsulturas, jubes nunc toto modio admetiar, nempe ut qui guttæ fuerunt imber sint. Equidem, revera habeo gratiam oblatæ sortis, et obsequii gloriam avidè arripio, ut vel hinc intelligas, nihil esse mearum virium quod frustra mandes, etiam cum hujus tantilli nominis quantoius detrimento. Quidquid futurum sit hæc propè consolatio est, unius flammulæ attactu, perdi universam molem, cujus tot seorsim frusta sæpius fuissent perimenda. Vale et per humanitatem tuam rogari te sine (libet enim cum quo autore coepi desinere) ne fastidias hominem perigrinum inter cultores admittere, invenies enim si tui amantem feras religiosè tuum et

CONSTANTER

Paris: 27. Maij 1662.

Inscrip